



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

7. Quid in primo anno observare debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

agritudine detentus fuerit, ad sententiam Episcopi pertinebit quomodo reum & infirmum sanare disponat. Completis quadraginta diebus, aqua lotus, vestimenta & calciamenta, quæ à se abjecerat, rursus sumat, & capillum incidat.

Quid in primo anno observare debeat.

VII. In primo anno post quadraginta dies totum illum annum à vino, medone, & melita cervisia, à carne & caseo & pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus qui in illo episcopio à cuncto populo celebrantur, & nisi forte in magno itinere, vel in hoste, vel diu ad dominicam curtem vel infirmitate detentus sit. Tunc liceat uno denario, vel pretio unius denarij, aut tres pauperes pascendo, tertiam feriam, quintam feriam, & sabbatum redimere, ita duntaxat ut una re de tribus utatur. Postquam domum venerit, aut sanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi.

Burchard. lib.
6. c. 1.

Quid in aliis duobus annis observare debet.

VIII. Completo anni circulo, Ecclesiam ingrediatur, & pacis osculum concedatur. In secundo & tertio anno similiter jejuret; nisi quòd tertiam feriam, quintam, & sabbatum potestatem habeat redimendi, ubicunque est. Cetera diligenter omnia observet ut in primo anno.

Burchard. lib.
6. c. 3. 4.

* * *